Epistola II. D. N. N. JOHANNES COCCEIUS

Epistola I. MATTHIÆ MARTINIO SIXTINUS AMAMA. 1/ 7

Testimonium de Coccejo juvene perlibens.

Reverende & clariss. vir, cum ante septimanas aliquot monuisset me nr Coccejus de mittenda Brema literis, nō erat Rev. tua epistola ad manu; disjecta n. erat inter alias schedas & epistolas. Utq; ignoscat mihi R. T. quod hac ut ita offerim illud prudens debitum protulerim. Loquor de responsione ad illa epistola, qua T. R. parentem D. Coccejj nomine me consulit, tu super ipso, tu super eruditissimo isto tractatu, quem sub prelo habet. Non lubet mihi tua R. per ambages & longa exordia tenere.

Ipsum quod attinet, simul ac pedem in hanc Acad. intulit, ita de eo judicavi, eum cum summa utilitate juventutis posse Græcas vel Ebraicas vel Chald. vel Syras, vel oes istas simul in qualibet Acad. & quidem cum incremento famæ vel celeberrimæ Academiæ docere. Eos n. jam tunc progressus in istis fecerat, ut nec a me, nec a D. Pasor quicquam discere potuerit. Ego certe de me profiteor, me multa ex ipso addidicisse. Quod eo refero, ut tua R. in ipso epistolæ limine cideret, nō esse quod in Acad. nra vel ad Eorum manent, eo fine, ut de nobis uberiorem profectum in linguarum studijs peripiat. Hoc tantum est, quod mediocri sumptu hic honeste, & familiæ suæ convenienter, & in summa tranquillitate vixerit, nullis avocationibus aut interpellationibus popularium obnoxius, qua felicitate vix alibi frui potuisset. Et si hoc tantum porro spectaret vel ipse, vel parens ejus, nuspiam molius vivere posset. Me si hic spectarem, ōibus modis hoc contenderem atq etiā oblique & per cuniculos agerem, ut apud nos aliquandiu adjuc commorari posset. Speraram n. me anni unius consistaturum plurimum in Talmudicis profectum, ipso docente. Verum enim vero, cum jam provecior indies ~~fu~~ assurgat ei ætas, & nō dubitem, quin sedeat ei ōto, Galliā & Angliā videre, antequam alicubi sedes figat, nō ausim ei esse autor, ita ut illud ultrius protrahendi

[illegible] quicquid sit, doctus est, qui vel Orientales linguas, vel Græcas, vel Historiam sacram, vel etiā Theologiam in qualibet Acad. doceat. Video tamen ejus genium magis ad linguarum et præcipue Orientalium professionem & propagationem antigari. Et ita huic rei eum a Deo o. m. destinatum & ejectum esse nullus dubito. Hic ergo ut porro & primario ejus & studia sua intendat, plane o re ipsius & Ecclesiæ esse puto. Neq dubitabunt ejus parentes & cognati, quin, ubi locum aspexerit ejus beatitatis, ista de se fama excitaturus sit, ut ejusdem vocandus sit in Academiam aliquam Belgicam, simulac locus aliquis vacaturus est. Quod si in Anglia maneret esset animus, nullo negotio honestum illi locum habiturum esset. Si etiā Germania res aliquando restaurari contigerit, & Academias collapsas rursus erigere, spondeo Principes & Academias de hoc Coccejo nō obliviscendo restaturas esse. Quod ad dedicationem attinet, de altera tu

quæstio moveatur, satisfacturos si tempus detur.

ultro mihi videbatur, si Brunsfen. Senatu prælectione erat animus, vel nostræ Academiæ Curatoribus, vel D. Heinsio libro inscribisset. Et quidem illis, quia nr. Pastor Senio est, posset in facile ad Gram. linguæ & Chald. Syriacæ professionem promoveri. Huic, quia vir celeberrimus est, & magna tu apud Curatores Lediensis, tu apud alios Cohra Belgii authoritatis est. Quia etiam scio, a multis etiam Cohra Belgii consili de idoneis Professoribus. Hæc sunt quæ in prælectione respondere potui ad epistola tua. Rogo T. R. ne no Amplissimum parentem D. Coccey, hoc qualecunq consilium bene interpretetur. Si tam facultatis meæ esset, quam voluntatis, amplius aliquid vel no vel consilio præstare, equidem ostenderem, me in promovendo hoc egregio ingenio nulli cedere. Vale Rev. Vir, & parentem D. Coccey virum amplissimum, & fratrem ejus clarissimum, collegam tuum, pecoribus meis plus salutem. 30. Aprilis 1629

Tuo R. observantiss.
S. Amama.

^ ego nostralis sum, &

Rev. Vro. Sc. Clariss.
Viro. D. Matthæo Marenio Pro-
fessori SS. Linguarum in illustri Gym-
nasio Bremensi, Synodoq
Nassoviæ amico
meo Colendo

Amama 30 Aprilis 1629